



# Imperium Extras: Chapter 5 Playlet

© Julian Morgan 2015

*Anna et Hannibal ad ianuam casae veniunt. liberi ianuam aperiunt.*

liberi	quis es? quid agis?
Anna	Anna sum. sum ancilla Traiani. dominus me huc venire iubet.
Domitia Paulina	quis est Traianus, et cur te huc mittit?
Anna	Traianus est consobrinus patris vestrum.
Hadrianus	quid dicis?
Anna	Traianus est filius fratris matris Afri.
Hannibal	Afer et Traianus sunt consobrini.
Domitia Paulina	cur te Traianus huc mittit? quid reperire cupit?
Hannibal	Traianus me liberos consobrini curare iubet. venite mecum! nolite timere!
liberi	non timemus. tecum venimus.

*Anna et Hannibal liberos ad villam Traiani ducunt. Traianus in ianua stat.*

Traianus	avete, liberi. quid agitis?
Hadrianus	ave, domine. tristes sumus, quod pater et mater mortui sunt.
Domitia Paulina	sed cur huc venire debemus?
Traianus	nunc mecum habitare debetis. novus pater vobis sum et mea uxor Plotina nova mater.

*deinde Plotina et Matidia veniunt.*

Plotina	intra Hadriane, intra Domitia Paulina et sedete.
---------	--

*ducit liberos in casam.*

Hadrianus ( <i>flet</i> )	sed tecum habitare nolo.
Plotina	noli timere, puer.
Matidia	nos omnes benigni sumus et vos curamus.

*Hadrianus ridet. Domitia Paulina quoque ridet.*

Domitia Paulina	laeti sumus, quod vobiscum nunc habitamus.
Matidia	et nunc, mecum venite! felem Horatiam spectate!

*omnes exeunt.*

aperio	I open	nos	we
vestrum	your, of you	vos	you
tecum	with you	vobiscum	with you
nunc	now	exeunt	they leave
vobis	for you		